

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

8. De dvratione ipsius.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

Q V A E S T. LXXXIII.

Si conuertatur, & ignoscat Deus, & reuertatur a furore ira sua, & non peribimus? sed sicut alia quae sunt de iure naturali, determinationem accepit ex institutione legis diuinæ, ut in secunda parte dictum est,* ita etiam & penitentia.

AD SECUNDVM dicendum, quod ea quae sunt iuris naturalis, diversimode determinationem accipiunt in ueteri & in noua lege, secundum quod congruit imperfectioni ueteris legis, & perfectioni nouæ: unde & penitentia in ueteri lege aliquam determinationem habuit, quantum quidem ad dolorem, ut esset magis in corde, quam in exterioribus signis, secundum illud Iohel 2. Scindite corda uestra, & nou esu[m]enta vestra: quantum autem ad remedium doloris quare[nd]um, ut aliquo modo ministris Dei peccata sua confiterentur, ad minus in generali. unde Dominus Leuit. 5. dicit, Anima que peccauerit per ignorantiam, offeret aritem immaculatum de gregibus sacerdoti, iuxta mensuram estimationemque peccati, qui orabit pro eo, quod nesciens fecerit, & dimittetur ei: in hoc enim ipso, quod oblationem faciebat aliquis pro peccato suo, quod anno dō suum peccatum sacerdoti confitebatur, & secundum hoc dicitur Prover. 28. Qui abscondit sclera sua, non dirigetur: qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam confequeret: nondum autem erat instituta potestas clauium, quæ a passione Christi derivatur, & per consequens nondum erat institutum, q[uod] aliquis doleret de peccato cum proposito subiiciendi se per confessionem & satisfactionem clavis ecclesie, sub spe consequendæ uenia, virtute p[ro]fisionis Christi.

AD TERTIUM dicendum, quod si quis recte consideret ea, quae dominus dixit de necessitate baptisimi Io. 3. tempore præcesserunt ea, quæ dixit Matth. 4. de necessitate penitentia: nam id quod dixit Nicodemus de baptismo, fuit ante incarcerationem Ioani, de quo postea subditur, quod baptizabat: illud uero quod de penitentia dixit Matth. 4. fuit post incarcerationem Ioannis: si tamen prius ad penitentiam induxisset, quām ad baptismum, hoc ideo esset quia etiam ante baptismum requiritur quædam penitentia: sicut & Petrus dicit Act. 2. Penitentiam agite, & baptizetur unusquisque uestrum.

AD QUARTVM dicendum, quod Christus nō est usus baptismo, quem ipse instituit: sed est baptizatus baptismio Io. ut supra dictum est: sed nec etiam actiue usus est suo ministerio, quia ipse non baptizabat communiter, sed discipuli eius, ut dicitur Io. 4. quāuis credendum sit, quod discipulos suos baptizauerit, ut Aug. * dicit ad Celestianum: usus autem huius sacramenti ab eo instituti, nullo modo sibi competebat; nec quantum ad hoc, quod ipse peniteret, in quo peccatum non fuit, neque quantum ad hoc, q[uod] hoc sacramentum aliis præberet: quia ad ostendendam misericordiam, & virtutem suam, effectum huius sacramenti sine sacramento præbebat, ut supra dictum est: * sacramentum autem eucharistia & ipse sumpsit, & aliis dedit: tum, ad commendandam excellentiam huius sacramenti: tum, quia hoc sacramentum est memoriale sue passionis, in qua Christus est sacerdos & hostia.

Super questionis octua gesimaquarta articulum octauum & nonum.

Vtrum penitentia debeat durare usque ad finem uitæ.

A D S E C U N D U M sic procedi-

A tur. Vr quod penitentia non

ARTIC. VIII.

F debeat durare usque ad finem uitæ.

Penitentia enim ordinatur ad delerionem peccati: sed penitens statim consequitur remissionem peccatorum, secundum illud Eze. 18. Si impius egerit poenitentiam ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, uita viuet, & non morietur: ergo non oportet ulterius penitentiam pretendi.

T 2 Præt. Poenitentiam agere pertinet ad statum incipientium: sed homo de hoc statu debet procedere ad statum proficientium, & ultius ad statum perfectorum. ergo non debet homo penitentiam age re usque ad finem uitæ.

T 3 Præt. Sicut in aliis sacramentis homo debet seruare statuta ecclesiæ, ita & in hoc sacramento; sed secundum canones determinata sunt tempora penitendi, ut scilicet ille, qui hoc uel illud peccatum cōmisserit, tot annis peniteat. ergo uidetur, quod non sit poenitentia extendenda usque ad finem uitæ.

SED CONTRA est, quod Augustinus.* dicit in lib. de penitent. Quid restat nobis, nisi dolere in uita ubi enim dolor finitur, deficit penitentia: si uero penitentia finitur, quid derelinquitur de nenia?

R E S P O N S U M Dicendum, quod duplex est penitentia, scilicet interior & exterior, interior, quidem penitentia est, quia quis dolet de peccato commisso. Et talis penitentia debet durare usque ad finem uitæ: semper enim debet homini displacebit, quod peccauit: si enim ei placet peccasse, iam ex hoc ipso peccatum incurrit, & fructum ueniæ perderet: displacebit autem dolor causatus in eo, qui est susceptiuus doloris, qualis est homo in hac uita, post hanc uitam autem sancti non sunt susceptiuus doloris: unde displacebunt eis peccata præterita sine omni tristitia, secundum illud Ifa. 65. Oblitione tradite sunt angustie priores. Poenitentia uero exterior est, quia quis exteriora signa doloris offendit, & uerbotenus peccata sua constitutus sacerdoti absoluenti, & iuxta eius arbitrium satisfacit.

Et talis penitentia non oportet, quod duret usque ad finem uitæ, sed usque ad determinatum tempus secundum mensuram peccati.

A D P R I M U M ergo dicendum, quod uera penitentia non solum remouet peccata præterita, sed et præseruat hominem à peccatis futuris. Quamvis igitur homo in primo instanti uera penitentia remissionem consequatur præteriorum peccatorum, oportet tamen in homine perseuerare penitentia, non iterum incidat in peccatum.

A D S E C U N D U M Dicendum, quod agere penitentiam interiore simul & exteriore, pertinet statu incipientium, qui scilicet de novo redeunt a peccato: sed penitentia interior habet locum etiam in proficientibus & perfectis, secundum illud Psalmi trigesimoctauum. Ascensiones in corde suo disposuit in ualle lachrymarum. uero & ipse Paulus

cere duplíciter sumitur, scilicet contrarie uel negative. Et quando sumitur contraria, significat aetum contrarium ad placere: quando uero sumitur negare, non significat aliquem actum, sed somnum, non placere. Cum ergo in litera dicitur, quod semper debet homini displacebit, quod peccauit uel aliquid simile, sufficit quod intelligatur negare id est, non placere.

Et patet hunc esse sensum litteræ, quia contra duplíciter distinguuntur placere, dum subditur enim ei placere peccasse &c. nisi enim displacebit, ita communiter sumptu[m] fuisset, scilicet siue contrarie siue negative, non licuisse pro ratione redire: si enim placere ei peccasse &c. nam potuisse dici quod nec displacebit, nec habet actum placendi, sed non placet peccasse. Et hinc habes, quod sufficit ad necessariam penitentiam post habitationem contritionem, quod non placet peccasse nec est opus exire in actum displacebit nouæ.

In li. de v. ra & filii pene. 13 c. cap. 104. D. 530.

**Art. 5. huius
q. ad 3.**

**In ep. 10. 10.
mo. & habet
etiam 11. 3. de
anima & ci^o
origine c. 9.
10. 7.**

**Infar. 9. ad 1.
2. 4. di. 17. q.
3. 2. ar. 4. q. 4.
2. 2.**

In artic. 8. & 9. ad- uerte, quod disipli-

Ius dicebat primus Corin. 15. Non sum dignus vocari apostolus, quoniam persecutus sum ecclesiam Dei. AD TERTIUM dicendum, quod illa tempora praesiguntur paenitentibus, quantum ad actionem exterioris paenitentiae.

ARTICVLVS IX.

Vtrum paenitentia possit esse continua.

AD NONVM sic proceditur. Videlur, quod paenitentia non possit esse continua. dicitur enim Hier. 31. Quicquid tua ploratu, & oculi tui a lacrymis: sed hoc esse non posset, si paenitentia continetur, que consistit in ploratu & lacrymis. ergo paenitentia non potest continuari.

¶ 2 Præter. De quolibet bono opere debet homo gaudere, secundum illud Psl. 99. Seruite domino in letia, sed agere paenitentiam est bonum opus. ergo de hoc ipso debet homo gaudere: sed non potest hoc simul gaudere & tristari, ut patet per Philosophum in Ethicis. ergo non potest esse, quod paenitens continua tristetur de peccatis præteritis, quod pertinet ad rationem paenitentiae. ergo paenitentia non potest esse continua.

¶ 3 Præter. Secundum ad Corin. 2. Apost. dicit, Consolamini, iiliciter paenitentem, ne forte abundantior tristitia absorbeatur, qui eiusmodi est: sed consolatio depellit tristitiam, que pertinet ad rationem paenitentiae. ergo paenitentia non debet esse continua.

SED CONTRA est, quod Augustinus * dicit in libro de paenitentia, dolor in paenitentia continue custodiatur.

RESPON. Dicendum, quod paenitere dicitur dupl. secundum actum & secundum habitum. Actu quidem impossibile est, quod homo continua paeniteat: quia necesse est, quod actu paenitentie siue interior, siue exterior, interponatur ad minus somno, & aliis, que ad necessitatem corporis pertinent. alio modo dicitur paenitere secundum habitum. & sic oportet, quod homo continue paeniteat, & quantum ad hoc, quod homo numquam aliquid contrarium paenitentia faciat, per quod habitualis dispositio paenitentis tollatur, & quantum ad hoc, quod debet homo in proposito gerere, quod semper sibi præterita peccata displiceant.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ploratus & lacrymæ ad actum exterioris paenitentiae pertinent, qui non solum non debet esse continuus, sed nec etiam oportet, quod duret usque ad finem uitæ, ut dictum est. * unde & signanter ibi subditur, quia ei merces operi tuo est autem merces operis paenitentis, plena remissio peccati, & quantum ad culpam & quantum ad poenam, post cuius consecutionem non est necesse, quod homo ulterius exteriorem paenitentiam agat: per hoc tamen non excluditur continua paenitentia, qualis dicta est.*

AD SECUNDVM dicendum, quod de dolore, & gudio dupl. loqui possumus. uno modo, secundum quod sunt passiones appetitus sensitivi. Et hunc modo possunt esse simul, eo quod sunt omnino contraria, vel ex parte obiecti (puta cum simile de eodem) vel saltem ex parte motus cordis: nam gaudium est cum dilatatione cordis, tristitia vero cum constrictione. & hoc modo loquitur philosophus * in 9. Ethicorum. alio modo possumus loqui de gudio & tristitia, secundum quod consistunt in simplici actu voluntatis, cui aliquid placet vel displiceret: & secundum hoc, non possunt habere

A re contrarietatem, nisi ex parte obiecti, puta cum sunt de eodem & secundum idem: & sic non possunt simul esse gaudium & tristitia, quia non potest simul idem secundum idem placere & displicere. Si uero gaudium & tristitia sic accepta, non sint de eodem secundum idem, sed uel de diuersis, uel de eodem secundum diuersa, sic non est contrarietas gaudii & tristitiae. unde nihil prohibet hominem simul gaudere & tristari: puta si uideamus iustum a flagi, simul placet nobis eius iustitia, & displiceret eius afflictio: & hoc modo simul potest illuci displicere, quod peccauit, & placere quod hoc ei displiceret cum ipse ueniat: ita quod ipsa tristitia sit materia gaudij. unde & Augustinus * dicit in lib. de penitentia, semper doleat penitens, & de dolore gaudeat. si tamen tristitia nullo modo compateretur sibi gaudium per hoc non tolleretur habitualis continuitas paenitentiae, sed actualis.

AD TERTIUM dicendum, quod secundum Philosopham * in 2. Ethic. ad uirtutem pertinet tenere medium in passionibus. Tristitia autem quæ in appetitu sensitivo paenitentis consequitur ex displicientia uoluntatis, passio quedam est: unde moderanda est secundum uirtutem, & eius superfluitas est uitiosa: quia inducit in desperationem: quod significat Apostolus ibidem dicens, ne maiori tristitia absorbeatur, qui eiusmodi est, & sic consolatio, de qua ibi Apostolus loquitur, est moderativa tristitiae, non autem totaliter ablativa.

ARTICVLVS X.

Vtrum sacramentum paenitentiae debeat iterari.

AD DECIMVM sic proceditur. Videlur, quod sacramentum paenitentiae non debeat iterari. dicit enim Apostolus Heb. 6. Impossible est eos, qui semel sunt illuminati, & gustauerunt celeste donum, & participes sunt facti spiritus sancti, & prolapsi sunt, renouari rursus ad paenitentiam: sed quicumque penituerunt, sunt illuminati, & acceperunt donum spiritus sancti. ergo quicunque peccat post paenitentiam, non potest iterato paenitere.

¶ 2 Præterea. Ambros. * dicit in lib. de paenitentia: reperiuntur qui saepius agendam paenitentiam putant, quiliux uiriantur in Christo. nam si uere paenitentiam agerent, iterandam postea non putarent: quia sicut unum est baptisma, ita una est paenitentia; sed baptisma non iteratur. ergo nec paenitentia.

¶ 3 Præterea. Miracula, quibus dominus infirmitates corporales sanavit, significant sanationes spiritualium infirmatum, quibus scilicet homines liberantur a peccatis: sed non legitur quod dominus aliquem cecum bis illuminauerit, uel quod aliquem leprosum bis mundauerit, aut aliquem mortuum bis suscitauerit. ergo uidetur, quod nec alicui peccatori bis per paenitentiam ueniam largiatur.

¶ 4 Præterea. Greg. * dicit in Ho. Quadragesimæ, paenitentia est, anteacta peccata deflere, & flenda iterum non committere. & Isido. ¶ dicit in libro de summo bono. Irritor est & non penitens, qui adhuc agit quod paenitet. si ergo aliquis uere paenitcat, non iterum peccabit. ergo non potest esse, quod paenitentia iteretur.

¶ 5 Præterea. Sicut baptismus habet efficaciam ex passione Christi, ita & paenitentia: sed baptismus non iteratur propter unitatem passionis & mortis Christi. ergo pari ratione nec paenitentia iteratur.

¶ 6 Præterea. Ambr. * dicit, quod facilitas uenientia, Hoc ha-
uum

in li. de vera
& falsa pen.
c. 1. f. 10. 4.
li. 2. ex c. 3.
9. & 9. habe-
ri pot. to. 5.

In li. 1. de p6
ni. c. 10. pot.
mc. ro. 1.

Ho. 34. in e-
uangel. pot.
mc. illius.
li. 2. cap. 1. in
prin. & he-
rit. de pa-
nid. 3. c. 1. tri-
pot. 10. 1.